



12-NB  
40.  
N. 9


COPIA EPISTOLÆ,  
QUAM  
SANCTISSIMO PATRI,  
ET D. D. N.  
D. CLEMENTI  
DIVINA PROVIDENTIA  
P A P Æ X I.

SCRIPSIT  
UNIVERSITAS PONTIFICIA, ET REGIA VALLIS-OLETANA  
super Constitutione *Unigenitus*.

Vallis-Oleti apud Alphonsum Riego Univeritatis Typographum.

三

१५०



# THEATRE AT THE CINEMA

10. The following table gives the number of hours per week spent by students in various activities.

10. *Leucosia* sp. (Diptera: Syrphidae) was collected from the same area as the *Chrysanthemum* sp. plants.

1. *Leucosia* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma*  
2. *Leucosia* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma*



SANCTISSIMO P.

ET D. D. N.

D. CLEMENTI

DIVINA PROVIDENTIA

P A P Æ XI.

VNIVERSITAS VALLIS:

OLETANA F. S. O.

BEATISSIME PATER.

**N**AVICULA illa , que ( 1 ) in  
medio mari iactabatur fluc-  
tibus , militans erat Eccle-  
sia; ( 2 ) ( ut concordi Sanc-  
torum Patrum doctrina erudimur ) quæ  
arijs perfidæ infidelitatis agminibus  
circumdata frementibus quatitur , non  
concutitur undis. Sed inter tot errorum

( 1 )  
Math. cap. 14. vers.  
24.

( 2 )  
SS PP. cum August.  
fern. 14 de Verb.  
Dom. & D. Thom.  
super Math. hic.

## 4

(3) Simplicitér loquendo infidelitas hereticorum est pessima.  
D. Thom. c. 2. q. 10  
art. 6. in corp.

(4) Ioann. cap. 3. vers. 19.

(5) Ex inani gloria oruntur novitatum præsumptiones. S. Greg. lib. 31. Moral. c. 31.

(6) Luc. cap. 5. vers. 3  
(7) D. Ambros. lib. 7. 4. in cap. 5. prope fin.

(8) Ascendens in unam navim. Luc. supra.

(9) S. Ambros. ubi supra.  
(10) Idem ibidem.

(11) Luc. supra.

(12) Marc. c. 6. vers. 48.

(13) Luc. supra.

(14) S. Bernard. lib. 3. de confid. cap. 8.

procellas (3) pessima præ omnibus hæticorum nequitia per totam noctem (qui (4) dilexerunt magis tenebras, quam lucem) vanæ (5) præsumptionis flatibus quasi ventorum vi navim submergere ntitur. In cassum tamen; quia (6) navis era Simonis Petri, (7) in qua prudenter navi gat, abest perfidia, fides aspirat. Quemadmodum enim turbari poterat, cui præera is, in quo Ecclesiæ firmamentum est? Ad erat (8) etiam Dominus, cuius ad præcep tum Petrus gubernacula suscipit iussus ut in altum ducat, hoc est, (9) in profundum disputationum. Soli Petro (10) dicitur ut, cui inter omnes commissa fuerat plena iudicandi potestas, in profundioribus orthodoxæ fidei veritatibus definiendi tradita agnoscatur suprema differenda cultas. Soli insuper Petro dicitur, (11) duc in altum; etsi alij vel in remigando (12) laborent, vel laxent (13) retia in capturam; omnium quippe cura Petro, Petrique successoribus præcipitur, quos intet Redemptoris voce, BEATISSIME PATER, Pastorum (14) tu unus omnium Pastor.

Hanc

Hanc fidem à multis retro sæculis  
firmiter tenuit, & retinet Hispania fidelis,  
atque antonomastice Catholica, in om-  
nibusque huius Regni Catholicissimi in-  
colis unus est sensus, ac commune dog-  
ma præceptis Apostolicę Sedis in mori-  
bus coercendis obedientiam præstare, &  
in definitionibus fidei assensum procul ab  
hæsitatione præbere. Ab hac fide qui re-  
cesserit, peribit. Sit (15) ergo ruina sua  
dolor prostratus, quisquis Apostolicis vo-  
luerit contraire decretis.

(15)  
Cap. Nulli s. dist.  
19.

Sed proh dolor! Hoc nostro sèculo,  
(16) in quo tempora periculosa, non so-  
lum instant, sed extant, in surrexerunt in  
Ecclesiam Sanctam viri mendaces, semen  
(17) Iansenij nequam, filij scelerati, qui  
derelinquerunt Dominum, blasphemave-  
runt Sanctum Israel, & ab alienati sunt  
retrosum. Convenerunt (18) in unum ad-  
versus Dominum, & adversus Christum  
eius; atque oves Dominici gregis feroci-  
impietate dilacerant, & callida perversi-  
tate seducunt. Adhuc enim hostis (19)  
nostræ nocendi cupidus, & peritus, ac riori-  
bus invictæ stimulis incitatur, ut, quos

(16)  
2. Ad Thim. cap. 3:  
vers. 1.

(17)  
Isaiæ cap. 1. vers. 4:

(18)  
Psalm. 2. vers. 2.

(19)  
S. Leo. Serm. 5. de  
iciu. 10. uetus.

*apertis, & cruentis persecutionibus impugnare non finitur, sub falsa Christiani nominis professione corrumpat.*

(20)  
Marc. cap. 6. vers.  
47.

(21)  
Luc. 1. vers. 69.

(22)  
Ad Ephes. cap. 2.  
vers. 2.

(23)  
S. Leo. epist. Decret.  
52. ad Episc. Galliar.

*Erat (20) navis in medio mari quoniam, ut modo hisce diris agitata tempestibus. At Iesu Domini singularis providentia, & in Ecclesiam Sponsam suam ferventissimus amor erexit (21) cornu salutis nobis in BEATITUDINE VESTRA, cuius solicitude pastoralis navim nostram dicit in altum, ut in profundum disputationum veniens maturo consilio, luce sapientiae, zelo fidei, & constanti pectore adversus (22) spiritum, qui nunc operatur in filios diffidentiae, arma lucis induat, illuminatus ab alto errorum lateras manifestet, ac tenebras dissipet. Cum (23) Catholica Fides, quæ nulla sui est parte mutabilis, per ipsas adversantium exercitationes, & validior efficiatur semper, & clarior, operante hæc gratia Dei; ut, siqui forte ad hæc subtilia inimici iacula declinanda minus erant instructi, minusque solliciti, perceptis veritatis armis fierent contra impiorum mendacia fortiores. Sic in constitutione Unigenitus damnate apparent und,*

una , centumque propositiones , quas in  
plures eiusdem operis tomos perfida mēs  
congesserat , & sparserat , nova errorum  
bizania inveniendo , ac vetera fuscitando .

Miramur certè , SANCTISSIME  
CLEMENS , Beatitudinis vestræ clemen-  
tiam ; quæ dūm errores percutit , errantes  
pijs visceribus demulcet ; quærit oves , quæ  
perierant ; invitat ad pascua ; revocat ad  
ovile . Attamen rebellis protervia , unde  
expectabatur correptior , evasit audacior .  
O cæcitas mentium ! O duritia cordium !

Tradidit (24) illos Deus in reprobum sen-  
sum , ut (25) videntes non videant , & au-  
dientes non intelligent Petrum , aut Petri  
successorei dispensatione divina esse fi-  
dei oraculum , sanæ doctrinæ normam ,  
& veritatis Magistrum . Sed multi (26) opi-  
nionum suarum sequaces , & quod non dūm  
intellecerant , paratiiores docere , quam dis-  
cere , sicut ait Apostolus , circa fidem nau-  
fragaverunt .

Ad Concilium appellant illi , quorum  
plures errores damnati sunt à Concilijs ;  
ipsi se seducūt , & insana perversitas , dūm  
(27) sua sententia convincitur , quasi phra-

(24)  
Ad Rom. cap. 16.  
vers. 28.

(25)  
Luc. cap. 8. vers. 10.

(26)  
S. Leo. serm. 10. in  
Nativ. Dom.

(27)  
S. Greg. homil. 33.  
in Evang. postini.

natica funem portat, ex quo ligetur. Errat turpiter audax pertinacia; nec scire aliud unquam optamus, quam quod ab omni retro seculo cuncta (28) per mundum novit Ecclesia. Certo namque credimus, quod Apostolica (29) Sedes sine ulla synodo præcedente, & solvendi, quos Synodus iniq[ue]e damnaverat, & damnandi Nulla EXISTENTE SYNODO, quos oportuit, habuit facultatem.

Adeo sine ullius prorsus exceptione à Maioribus nostris accepimus tam in gentis momenti veritatem, ut nonopporteat silentio preterire; quod, cum iacta fuissent in una, vel altera sessione (30). Concilij Constantiensis rudia forte semi-na oppositæ falsitatis, aberant tunc Serenissimorum Castellæ nostræ, ac Legionis Regum Oratores, & Procuratores, accurrere postmodum, ex illis (31) unus erat Ludovicus de Valle-Oleti Ordinis Prædicatorum celeberrimi Conventus Sancti Pauli huius Civitatis filius, in Theologia Magister Parisiensis, vir sane, ut nostræ produnt historię, dicendi facundia clarus, doctrina celebris, virtute confi-

(28)  
Cap. cuncta 17. caus.  
9. quest. 3.

(29)  
Ibidem.

(30)  
Concil. Constant. ses.  
4. & rursus à sess. 35.

(31)  
Histor. manuscript.  
Vallis-Olet. t. p. cap.  
22. & ex Bulla Martini V. P. Max. que  
incipit. Cum magna  
necessitate; &c. sub  
datis die 8. Iulij  
1425.

picius, meritoque Regum Castellæ Enrici Tertij, & Ioannis Secundi à Sacris Confessionibus, & in Universitate nostra Sacrae Theologiæ Cathedræ primarius professor, ac eiusdem facultatis Decanus. Nimirum oportuit, ut Hispanus testis, & noster tam præclarus alumnus longe abesset ab omni erroris umbra ; præsto adesset pro donando Ecclesiæ Dei certo Pontifice ; qui fuit eiusdem Concilij splendidus fructus.

*Nulla (32) falsa doctrina est, que non aliqua vera intermisceat.* Unde Ianse-nij protervi sequaces clarissima Ecclesiæ lumina Sanctos Augustinum, & Thomam in patrocinium sui erroris adduce-re conantur. Sed non patitur eorum doctrina sana iugum (33) ducere cum infidelibus. *Quæ enim participatio iustitiae cum ini-quitate? Aut quæ societas luci ad tenebras?* Profecto, Pater Sanctissime, qui hæretico, vel schismatico spiritu aguntur, ex pa-tre (34) diabolo sunt; cuius ad exemplum, cum in tenebris ambulēt, ut simpliciores evertant, transfigurant (35) se in An-ge-los lucis.

(32)  
S. August. lib. 2.  
quest. Evang. cap.  
40.

(33)  
Epist. 2. ad Cor. cap.  
6. vers. 14.

(34)  
Ioann. cap. 8. vers.  
44.

(35)  
Ex 2. ad Cor. cap.  
11. vers. 14.

Hispaniæ Præfules, & Vniversitatum  
Doctores veræ cultores fidei, & Aposto-  
licę Sedis obsequentiissimos filios (quia in  
silentio discunt supremi Pastoris parere  
decretis) socios sacrilegi sceleris se habe-  
re proclaimant, quō impiissimo mendaci-  
tatis testimonio effrænata, dolosa que lin-  
gua incautas, ac sinceras animas attrahit  
in ruinam. Quapropter, BEATISSIME  
PATER, quos decuit tacere loquēte Ma-  
gistro Summo in Constitutione VNIGE-  
NITVS, iam ipsis non licet effrontis im-  
pietatis illatam fidéi, & fidelitati nostræ  
non auferre calumniam. *In talibus (36)*  
quippe causis non caret suspicione taciturnitas;  
quia occurreret veritas, si falsitas  
displiceret. Merito namquæ causa nos res-  
picit, si silentio faveamus errori.

Prodeat in lucem fides nostra, qua  
gloriemur de confusione (37) eorum, qui  
terrena sapiunt; & illud decretum salube-  
rrimum, iustum, verissimum à Vesta  
Sanctitate afflante Deitatis Spiritu edi-  
tum, quod hactenus (38) corde credeba-  
mus ad iustitiam, ore confitemur ad salu-  
tem; ut hæc nostra confessio ad excelsi,

Apol-

(36)  
S. Celestin. 1. epist.  
1. ad Episc. Gallie  
prope init.

(37)  
Ad Philip. cap. 3.  
vers. 19.

(38)  
Ad Rom. cap. 10.  
vers. 10.

Apostolicique culminis evolet aras ; <sup>E</sup>  
mendaces (39) ostendat eos , qui macula-  
verunt illud.

(39)  
Sapient. cap. 10.  
vers. 14.

Hoc zelo præditi , & filialis obediens-  
tia in SANCTITATEM VESTRAM ob-  
servantissimi omnes Doctores, Magistri,  
ac Deputati preclarissimi huius Universi-  
tatis Vallis-Oletanæ à nobilissimo Viro  
Petro Dávila, & Cardenas, olim in Ove-  
rensi Maiori Collegio Salmantinæ Uni-  
versitatis cærulea trabea insignito ; nunc  
in Cathedrali huius Civitatis Ecclesia Ca-  
nonico Magistrali , huius Dioecesis Visi-  
tatore generali , & Synodali Examinato-  
re , in nostra Vniveritate Vespertinæ Sa-  
crae Theologiæ Cathedræ Antecessore , &  
Rectore , per literas ante diem , ut iuris  
est , evocati ad plenum confessum , vulgo  
Clastrum Academicum , die 2. Maij la-  
bentis anni 1718. suadente suaviter , dis-  
serte , & efficater ardore fidei , qua pollet ,  
& reverentiæ in Sanctam Apostolicam  
Sedem reverendissimo , & omni venera-  
tione digno sacro huius Civitatis Antisti-  
te , & Cancellario nostro , ut literæ con-  
fessionis nostræ ad conspectum VESTRÆ

(40) BEATITUDINIS apparerent , grato, li-  
benti que animo sine ulla discepratione,  
nemine que discrepante , consensum ob-  
sequentissimum præbuere.

Hæc igitur Vallis-Oletana Pontifi-  
cia , & Regia Academia , una ex tribus  
majoribus Hispaniæ nostræ Vniversitati-  
bus , & facile (40) antiquissima omnium,  
utpote à Serenissimo Alphonso VIII. Cal-  
tellæ Rege , Pallentie quondam erecta, in-  
duta loricam fidei , & scuto veritatis cir-  
cumdata bellum parat Iansenianæ pravi-  
tati , non sine spe victoriæ auxiliante Do-  
mino , felicibusque auspicijs , quandoqui-  
dem ab initio subnascentis adhuc pestife-  
ræ sectæ eius detexit viperum caput. Lo-  
quatur cventus ipse non ingratus omni-  
no , ut opinamur , extiturus benignitat  
BEATITUDINIS VESTRÆ.

Cum (41) Cornelius Iansenius pri-  
marius Sacrae Theologiae in Academia  
Lovanensi ad oras Hispaniæ appulisset,  
nostram post alias Universitatem conve-  
nit , subscripta petitione deposita , ut in  
Claustro Doctorum aliqua , ut ipse ven-  
ditabat , utilia proponeret. Die ergo 3.

(40)  
Doct. D. Pet. Fer-  
nandez de Pugaz in  
histor. Palent. lib. 2.  
§. 2. à fol. mibi 278.  
usque ad 273.

(41)  
Ex monumentis Aca-  
deim. Vallis-Oletan.  
maiorumque tradi-  
tione.

Martij anni Domini 1627. denegatur lo-  
quendi facultas , quo usque Licenciatus  
Martinus de Chavarria Maioris Sanctæ  
Crucis Collegij purpura decoratus , &  
tunc Vniversitatis Rector inquireret per  
documenta fidedigna de qualitatibus,  
moribus, & prærogativis supplicatis. Qua  
præmissa cautione iterum congregato  
Doctorum cetu die 6. eiusdem mensis, &  
anni audiri conceditur. Claustrum ingre-  
ditur ipse, ac blando licet sermone, ferali  
potius immanitate sœvijt in filios Eccle-  
się, Religiosos Viros, Sacré Societatis Ie-  
su professores, Catholicæ propugnatores,  
& propagatores fidei , & ad obedientiam  
Apostolicæ Sedis dupli ci lege, hoc est, di-  
vino præcepto, & quarto voto adstrictos.  
Sœvijt, inquā, spirans (42) minarū, & cæ-  
dis in Discipulos Domini. Petijt epistolas  
perfidæ crudelitati faventes, & inter ver-  
borum latebras erroris præconcepti indi-  
cia præbuit , abscessitque. Illuminante  
Domino discussis omnibus solerti Doc-  
torum iudicio deteguntur insidię; respō-  
sum præfato Rectori committitur; ad cu-  
jus verba trepidat hostis, fugam parat, &  
flam-

<sup>(42)</sup>  
Act. cap. 9. vers. 1.

flammas Sancte Inquisitionis pertinacem  
cens mox evanuit, non recto tramite, sed  
per invia navigaturus ad patriam. Vatici-  
nari nobis liceat , & hic à VESTRA  
SANCTITATE Chrisostomi verba usur-  
pare : *Quid (43) mihi eius patriam dicas?*  
*Vtinam ipsum quoque nescire licuisset!* Ta-  
lem, SANCTISSIME PATER, de Ianse-  
niana perfidia, vel ante commissum præ-  
lium, Academia nostra reportavit trium-  
phum; ut hæreditario iure agnita per ma-  
iores nostros in capite nequitia , in mem-  
bra indubij desævire accingamur.

Nova igitur dūm se se offert prelian-  
di occasio , audire nos videmur primum  
Iesu-Christi Vicarium ad conspectum  
primi successoris sui Clementis verba  
proferentem commendatitia Populo  
Christiano, quæ iure debitissimo de Cle-  
mente alio legitimo pariter ipsius succe-  
sore , descensu facto à Primo ad te VN-  
DECIMVM , nobis dicta suscipimus.  
Sed & Vos (44) Charissimi ( aiebat Pe-  
trus , & ait ) huic , qui presidet vobis ad  
veritatem docendam , in omnibus obedite,  
scientes , quod , si quis hunc confristave-  
rit,

(43)  
S. Chrisost. homil.  
de prodit. Iud. ante  
med.

(44)  
S. Clem. 1. epist.  
1. Decret. ad Iacob.  
Frat. Dom. ante  
med.

*uit Christum, qui ei docendi credidit Cathedram, non recipit... Convenientes verò sempèr ad CLEMENTEM, date omnes operam pro ipso sentire, & summo studio favorem vestrum erga ipsum ostendere, scientes, quia propter singulos vestrum ipsi magis soli infestus est inimicus, & in ipsum maiora suscitat bella.*

Sub vexillis verò Sacrae Romanæ Ecclesiæ militabimus, & sub VESTRAE BEATITUDINIS ducatu parati sumus arripere arma (45) militiae nostræ, non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem Iansenistarum altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei. Contra (46) istos tñm omnem quidem orbem terrarum, & totam ubique Ecclesiam decet fidei arma arripere. In promptu itidem habemus ulcisci (47) omnem inobedientiam, cum impleta fuerit obedientia nostra, qua VESTRAM SANCTITATEM, Summum Pastorem, & Patrem veneramur; supremum fidei Magistrum agnoscimus; & constitutio nem ante dictam ex intimo cordis affectu totis precordijs suscepitam, ut prorsus irre-

(45)  
z. Ad Cor. cap. 104  
vers. 4. &c.

(46)  
S. Leo. serm. 4. de  
collect.

(47)  
Ad Cor. supra vers.  
6.

irreformabilem, pleno ore profitemur omnes, & singulos errores in ea damnos iuxta tenorem Sacri Decreti detestamur, prudenterque rei scimus, inanem, frivolum, & schismaticam à Sede Apostolica ad Concilium appellationem populamus; & hanc nostræ confessio nisi fidem facri iuramenti robore confirmare, ut ex adiunctis actis apparebit, statuendum duximus, & opere ipso liberavimus.

Restat ergo, ut BEATITVDO VESTRA induita virtute ex alto, ora blasphemantium obturet, atque in (48) camo, & fræno maxillas eorum constringat. *Quia*

(49)  
S. Bernard. epist.  
190. ad Innocent.  
Pap.

(48)  
Psalm. 31. vers. 12.

(49) tempus est, ut vestrum agnoscatis,  
**PATER AMANTISSIME**, principatum, probetis zelum, ministerium honoris; in eo plane Petri impletis vicem, cuius tenetis  $\mathfrak{T}$  fidem; si vestra admonitione corda in fide fluctuantia confirmatis; si vestra autoritate conteritis fidei corruptores. Nos verò largissimam vestræ benignitatis benedictionem exoptantes, & expectantes, simùlque instantes orationi Dominum enixe rogamus, ut vitam BEATITUDINIS VESTRÆ toti Ecclesiæ adeo ne-

Cœcessiam, incolument longa per tempora servet. Datis in hoc nostro pleno Claustro Universitatis Vallis-Oletanæ die 27. Maij Anni Domini 1718.

## BEATISSIME PATER.

*Sanctitatis vestrae pedibus devoluti obsequentiissimi filij.*

- 1 Doctor Petrus Emmanuel Davila, & Cardenas, Almæ Vallis-Oletanæ Ecclesiæ Canonicus Magistralis, Sacrae Theologiae Vespertinus, & Rector.
- 2 Doctor Salvator Philippus de Lemos, Iuris Civilis Primarius emeritus, Universitatis Vice-Cancellarius, in Tribunali Sanctæ Inquisitionis pro causis Fidei Advocatus, atque ibidem Regalis Fisci Patronus, Ecclesiæ Palentinæ Canonicus.
- 3 Fr. Emmanuel Henriquez, Ordinis B.M.Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, Sacrae Theologiae Doctor Priorius, Philosophiae Magister, & Universitatis Decanus.
- 4 Fr. Ildefonsus Martinez, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, in Sacra Theologia Doctor, Philosophie Magister, & Cathedra Sacrae Scripturæ Moderator.
- 5 Doctor Ioannes Antonius Hertero, & Vela, in Sacrorum Canonum Facultate Decanus.
- 6 Fr. Ludovicus Alvarez de Santa Rosa, Ordinis Prædicatorum, Doctor Theologus, & in Cathedra Divi Thomæ Priorius, & Diffinitor Capituli Generalis.
- 7 I. V. Doctor Ioannes Emmanuel de Azidores, Vespertine Sacrorum Canonum Cathedrae Proprietarius, & Reverendissimi Episcopi Vallit.-Oletani Vicarius Generalis.
- 8 Doctor Hieronymus Fierro Rodriguez Cobo, Institutionum antiquotis Cathedrae Modestator, & in Tribunali Sanctæ Inquisitionis pro causis Fidei Advocatus.
- 9 Doctor Michael Antonius Garcia de Jalon, Cathedrae Sexti Anteceifor.
- 10 Fr. Franciscus de Obano, & Muñiz, Ordinis B.V. Marie de Mercede Redemptionis Captivorum, Sacrae Theologiae Magister, Philosophie Cathedrae quodam

- dām Antecessor, Sanctæ Fidēi  
Senatus Qualificator, & Episcopatus Vallis Oletani Examinator Synodalis.
- 11 Fr. Atillanus Perez de Arroyo,  
Ordinis Sanctissimæ Trinitatis  
Redemptionis Captivorum, Sacrae  
Theologie Magister, &  
Philosophia Cathedræ Moderator.
- 12 Fr. Iosephus Andres Garcia, Or-  
dinis Carmelitarum, Sacra  
Theologie Magister, Philoso-  
phie Cathedræ Moderator, &  
Examinator Synodalis, Diocesis  
Vallis Oletana.
- 13 Doctor Theologus Roctius Gar-  
cia, & Quiñones, in Proprie-  
tate Primarius Philosophie Na-  
turalis, Examinator Synodalis  
Diocesis Vallis Oletana.
- 14 Ioschim Andres Guerra, Doctor  
Theologus, Philosophia Ca-  
thedræ quondam Antecessor.
- 15 Emmanuel de Tejada, Ordinis  
Clericorum Regularium Mino-  
rum, Sacre Theologie Magis-  
ter, & Cathedræ Scoti Modé-  
rator.
- 16 Ildefonsus à Rueda, Sacre The-  
ologie Doctor.
- 17 Franciscus Fernandez del Bal,  
Sacre Theologie Doctor.
- 18 Emmanuel Ignatius de la Re-  
guera, Societatis Iesu, Sacre  
Theologie Doctor, Primarius  
Societatis Cathedræ Professor,  
Qualificator Sancti Officii.
- 19 Bernardus Egea, Medicina Doc-  
tor Primarius, & Decanus, in  
Cathedra Avicenæ.
- 20 Simon Turrado, Medicina Doc-  
tor Primarius in Cathedra Hyp-  
ocratis.
- 21 Antonius Tigero, Medicina  
Doctor, & Vespetinæ Cathe-  
dræ Moderator.
- 22 Petrus a Preisa, Medicina Doc-  
tor.
- 23 Iohannes Calderon, Medicina  
Doctor, & Cathedræ Chirur-  
gicæ Moderator.
- 24 Emmanuel à Ríbero, Medrano,  
Medicina Doctor.
- 25 Laurentius Pineda, Medicina  
Doctor, Methodi Cathedræ  
Moderator.
- 26 Franciscus Xaverius à Salazar,  
& Castejon, Maioris Sancte  
Crucis Collegij purpurea Toga  
insignitus, & Deputatus Vii-  
vertutatis.
- 27 Franciscus Montero, Ordinis  
Clericorum Regulatium Mino-  
rum, in Sacra Theologia Li-  
cenciatus.
- 28 Iosephus Bonaventura de Esco-  
bedo, in Sacra Theologia Li-  
cenciatus, & Philosophia Ca-  
thedræ olim Moderator.
- 29 Franciscus Roiz, & Guerrero,  
Maioris Sanctæ Crucis Collegij  
purpurea Toga insignitus, in Sa-  
cra Theologia Licenciatus, &  
Durandi Cathedræ Moderator.
- 30 Caietanus Gaspar de Landa, Li-  
cenciatus in Sactorum Cano-  
num Facultate.
- 31 Fr. Iosephus Tordefillas, Ordini-  
nis B. V. Mariæ de Mercede  
Redemptionis Captivorum, in  
Sacra Theologia Licenciatus.

*Iosephus Zorrilla de San-Mari-*  
*tia , Licenciatus in Sacrorum*  
*Canonum Facultate, Archidia-*  
*conus Valentiae de Alcantara,*  
*Dignitas, & Canonicus Cau-*  
*riensis Ecclesie.*

*Iosephus Paschasius de Bobadil-*  
*la Maioris Sanctae Crucis Col-*  
*legij purpurea Toga insignitus,*  
*& Digesti Veteris Moderator.*

- 34 *Iosephus Florez Ossorio , anti-*  
*quioris Cathedrae Codicis Mo-*  
*derator , Almæ Vallis-Oletanæ*  
*Ecclesiæ Canonicus Doctoralis.*
- 35 *Ignatius à Fuertes , & Sierra,*  
*modernioris Cathedrae Codicis*  
*Moderator.*
- 36 *Ioannes Franciscus de Lemos;*  
*Decretalium Cathedrae Mode-*  
*rator.*

### *EX DECRETO UNIVERSITATIS.*

*Antonius Belázquez del Hierro,*  
*Eques Ordinis S. Iacobi, Secretarius.*

16 Diverses Résolutions d'assemblées  
17 Mardi 1er octobre  
18 Mardi 8 octobre  
19 Mardi 15 octobre  
20 Mardi 22 octobre  
21 Jeudi 24 octobre  
22 Vendredi 25 octobre  
23 Samedi 26 octobre  
24 Dimanche 27 octobre  
25 Lundi 28 octobre  
26 Mardi 29 octobre  
27 Mercredi 30 octobre  
28 Jeudi 31 octobre  
29 Vendredi 1er novembre  
30 Samedi 2 novembre  
31 Dimanche 3 novembre

EX DECIMO UNIVERSITATIS

gewill Ich gegen diese verurtheile  
gewisse und andere. Auf die anderen



# ACTA IURAMENTI PRÆSTITI AB ALMA UNIVERSITATE Pontifícia , & Regia Vallis-Oletana , pro testificanda acceptatione Constitu- tionis , *Unigenitus.*



RÆMISSA schedula, ut iuris est , ante diem, facta sunt Comitia Generalia, vulgo Claustrum plenum, in Sacello Academico, Divo Ioanni Evangelistæ sacro, de more temporis æstivi, die 4. Maij anni labentis 1718. Constabat Claustrum ex Clarissimo Domino Rectore ( Doctore Domino Pietro Davila , & Cardenas ) , Domino Vice-Cancellario , Doctoribus , Magistris , atque Deputatis : exponenteque Domino Rectore, Illmum. & Rmum. Dominum Fr. Iosephum de Talabera , Episcopum Vallis-Oletanum , & Universitatis nostræ Cancellarium, significasse , in votis habere se aliquid Universitati proponendum se ipso circa Constitutionem , *Unigenitus;* annuere omnes gratulabundi , & cum peculiare suum suffragium tulisset Dominus Rector , urgente incommodo, abscessit ipse: advenit Illmus. Dominus Episcopus, receptusque debitum honoris signis , Praefidis locum implevit pro munere tanti Cancellarij.

B

Pro-

Proposuit Illmus. Antistites congenita sibi dicens  
di energia , benignitate , zelo erga Sanctam Sedem,  
quòd affatim ubique notum esset , quam vexaretur  
Ecclesia Dei à quibusdam Novatoribus, post editam à  
SS. D. N. Clemente XI. Pontifice Max. Constitutionem ,  
quę incipit, *Unigenitus Dei Filius*; quòd illi egre-  
giè mendaces non perpecerint honori nostrae Hispa-  
nię , quasi reverenti nostro silentio tribui debeat , vel  
quod inscij limus præfatæ Constitutionis , doctrinæ  
que in ea confixæ , vei quòd habentes pro infallibili  
Romanum Pontificem , nihili simus habendi ; quòd  
que nostris licet Regnis Catholicissimis ad suas oras  
tacere sit satiſ(maximè postquam Eminentissimus In-  
quisitor Generalis Cardinalis De-Judice promulgari  
ex abundantia fecit eandem Constitutionem 7. Iunij  
1715. & promulgandam iussit ubique, prout de facto  
præstitum est ) , ad oras verò nostris affines oporteat  
non sic parcere verbis ; quòd demùm exemplum iam  
esse possint inclytæ Universitates tam intra, quam extra  
nostram Hispaniam, quæ publica sui Catholicissimi  
sensus monumenta dedere Orbi Literario. Proptèr hæc  
in animum se induxisse , stimulatum ex Cancellarij  
munere, à se summo in pretio habendo semper, suam  
aperire mentem Almę Universitati nostrae , nulli ce-  
derc conscientiae inter primas Hispaniarum , seu originis  
nobilitate , seu Virorum Sapientissimorum excellen-  
tia , & ubertate , seu præfertim zelo pugnandi , dum  
oportuerit, pro Ecclesia Dei , & summi ipsius Præfulis-  
fer-

servando nitore. Itaque sibi occurrisse tacitè cogitanti,  
è re futurum esse, si Academia nostra pro Universitate  
Literas expediret, ad manus SS. Domini nostri diri-  
gendas, præmisso sigillatorio Iuramento, quâ utrâque  
viâ testificetur ore, quod corde tenuit, retinebitque  
semper.

Dixit: & Sapientissimo Decano duce, omnes, &  
singuli annuerunt ultronei, verbisque brevitatem, gra-  
titudinem, ardoremque referentibus, unum esse hunc  
pariter suum, concordemque animum, demonstra-  
runt.

Facta est transitio ad nominados Commissarios,  
qui de more, sub correctione, ac nomine relinquorum,  
ad laborarent huic rei; &, ad preces circum assi-  
dentium, difficilem se præstitit primum Illmus. Præ-  
sul ob nimiam lectissimi consensus excellentiam; mox  
oculos coniecit in Sacram Theologicam Facultatem,  
cuius provinciæ est genuino magis iure hæc materia,  
& intra metas Theologiq; assignandos duxit unum, al-  
terumque Facultatis eiusdem Primarios Professores.  
Omnium adhibito consensu, cum felicitè functus es-  
set munere suo Illmus. Antistes Cancellarius, comita-  
tus debitæ reverentiæ signis abscessit, & solutus est  
consensus.

Die postea 20.eiusdem mensis Maij, ex præscrip-  
to ante diem clarissimi Domini Rectoris, iteratum  
est Claustrum plenum similitè, in quo assignati Cō-  
missarij rationem dedere iniuncti sibi ipsis muneris;  
legere literas conceptas ad Sanctissimum, & non mo-

dò probatę, sed iussę sunt mandari prælo, simul cum Actis conficiendis; legere item prestanti Iuramenti formulam, quæ & probata. Nec per eosdem pretermissa brevis delineatio systematis, in aperto ponentis rem totam; exordio ducto à Propositionibus damnatis in Michaeli Bayo per Sanctū Pium V. & Gregoriū XIII.; post suscitatis per Cornelium Ianfēnium ( qui videndum se præbuit huic nostrę Universitati, invifusque ipsi factus est, ut in Literis ad Sanctissimum plenius continetur ) sub damnatione Urbani VIII. Innocentij X. & Successorum; modò locupletatis per Paschasi Quesnel in Reflexionibus ad Novum Testamentum, specie tenus pijs, re præsentissimo veneno confectis: hoc illud est Opus primò damnatum solidè, postmodùm de articulatè in suis una supra centum Propositionibus à SS. D.N. confixis in sua Constitutione, *Unigenitus*. Bullam esse authenticam, declaratoriam, ex Cathedra, in ordine ad Eidem, & mores, compertum est evidētia facti; hoc satīs ad mentem Ecclesię, præcipue verò ad mentem Ecclesię Hispanę, ne à voluntaria insupèr acceptatione dependeat, tanquam reformabilis, etiam à quovis Concilio appellabili. Præterquā & superabundè acceptata iam est ibi, ubi non nisi Schismaticà protervià nonnulli recalcitrant. Præstat itaque, nostram Almam Universitatem, ut in more positum est à Maioribus nostris, tacitam stare dicto Bullarum huiusmodi, si nulla contradictio superveniat; præstat, ut Posterorum prudentię relinquatur, tacendum, nec ne, sit, quoties

*afflqua contradictione supervenerit; præstat nunc maximè, quando contradictione immanis effervuit; non tacere ultè, sed alloqui, sed altè conclamate, simulque Iuramento Sacro verba signate.*

Placuit gravissimo confessui; utque condigna gravitate res tanta compleretur, decretum est, die à Domino Rectore destinanda, cogenda esse Comitia plenissima omnium, nempe cum Domino Rectore, & Domino Vice-Cancellario, non modò Doctorum, & Magistrorum (cum insignibus Academicis accurrentium), Deputatorumque, sed etiam advocandis insimul Licenciatis, & Cathedraticis Bachalaureis. Item decretum, quod hi omnes ad Claustrum convenientes in prædicto Sacello, assisterent celebrandæ concantu Musico Missæ de Spiritu Sancto, quæ præmissa religiosa preparacione, ad emissionem Iuramenti accederent omnes, & singuli ordine suo, præsentesque pro alijs, si qui ab essent; atque omnes etiam & singuli ordine suo propria manu subscribebent, non modò Literis prefatis ad Sanctissimum, sed etiam his presentibus Actis cum sua formulâ Iuramenti. Quæ omnia meliori forma, qua decet, authenticaque facta sigillo nostræ Universitatis, & subscriptione Secretarij Academicij, remittantur ad Sanctissimum Originalia, & serventur in Archivio nostro.

Dictum factum; die 27. mensis Maij convocati prædicti omnes à Clarissimo Domino Rectore, plenissimo convocationis numero divinis adfuere, Iuramenti Sacramento se alacriter religarunt,  
et

& solemnī cāstu dicto *Te Deum*, fides tota liberata  
est de re ista.

Formula Iuramenti, eliciti primum à Domino Rectore, Dominoque Vice-Cancellario, suoque ordine à cæteris prædictis, nullo dempto (legente alta voce Secretario Academico, poste à binis, & binis omnibus super Crucem, Missaleque Sacrum, afferentibus, ita iuro), fuit tenoris sequentis.

**N**OS Rector, & Universitas Vallis-Oletana protestamur, & iure-jurando testificamur, Constitutionem, quæ incipit, *Unigenitus Dei Filius*, à SS. D. N. Clemente XI. Pont. Max. editam, damnativam unius supra centum Propositionum, plenam facere fidem, & ad Fidem, & mores regulam esse irreformabilem, à nobis ut talem syncerissimè acceptam, & ab omnibus acceptandam in sensu obvio, iuxta tenorem Bullæ intellecto. Sic nos Deus adiuvet, & haec Sancta Dei Evangelica.

Datis Vallis-Oleti in Clauistro nostræ Universitatis  
prefata die 27. Maij, anno 1718.

*Subscripsero, qui supra Literis ad Sanctissimum.*

**E**GO Antonius Belazquez del Hierro,  
 Eques Ordinis S. Iacobi, huius Almae Universitatis Secretarius, certi-  
 fico, Acta omnia supra scripta eadem fideli-  
 ter esse, quæ in Comitijs Generalibus habita  
 sunt die 2. 20. & 27. mensis Maij anni la-  
 bantis, quibus adfui, & singula ad notam  
 sumpsi, & subscriptiones manu propria fac-  
 tas agnovi; rursus certifico, non nisi vaca-  
 tionis, vel absentie causa, de esse aliquot  
 ulteriora nomina pro Deputationibus, & Ca-  
 thedra Primaria Iuris Canonici, & Prima-  
 ria Iuris Civilis, & Cathedra Decreti, at-  
 que alijs; itemque certifico, ex Libris, &  
 Actis, quæ extant in Archivio Academiæ,  
 constare certitudinem Allegationis (ex Claustro  
 habito die 3. & 6. Maij anni 1527.)  
 factæ in Literis ad Sanctissimum, ad quæ me  
 refero: & Universitatis iussu meæ suscriptione,  
 & eiusdem Universitatis Sigillo munivi. Die  
 prefata vigesima septima Maij, anno millesimo  
 sepingentesimo decimo octavo.

Loco:  Sigilli.

Antonius Belazquez del Hierro.  
 Secretarius.

